



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Bucer omnes nationes Christianitatis contemnit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

CONTRA P R A E F A T I O N E M

per petram fundatæ cum ecclesia malignantium, quam o-
diuit dñs; at permittamus homini, quem deus despexit, fa-
stum verborum. Veniamus ad nugacem eius epistolam.

Principio testatur suam bonam fidem, & syncerum stu-
dium in restituendis ecclesijs, de quo appellat iudicium do-
mini. Pulchre hoc, id est, latronice et quis enim hæreticorum
Appellatio non appellauit ad Christum? Sic latrones, homicidæ, præ-
dones, fures, proditores ad extremum prouocant iudiciū,
at propterea non parcitur igni, rotæ, gladio, furcæ et verum
appellare ad Christum familiare est hæreticis, vt in Husso
patuit, Sauanorola, &c. Vult videri deinde alter Paulus &
iactat quomodo tot curis & laboribus ecclesijs seruierit,
& in pestilentia morituris. Et hoc belle, q̄ eis impie persua-
sit extra ecclesiam mori, sine confessione, sine eucharistia
viatico, sine sacra vunctione infirmorum, vt sic recta infer-
num peterent & Plutonia regna.

Mortui
extra ec-
clesiam.

A. ii.
Bucer oēs
nationes
contēnit,

Carpit deinde homo facetus Germanos, Italos, Gallos,
Hispanos & Anglos, quia nec veterem ecclesiæ doctri-
nam, quæ extat in libris sanctorum patrum, nec Lutheræ
norum recte intelligent. Quis hic non aperte deprehendit
Luciferianam superbiam (quæ est hæreticorum mater) an
in totius orbis Christiani ecclesijs, doctissimi omnium na-
tionum viri & acutissimi, non intelligent veterem ecclesiæ
doctrinam, ac sanctos patres, sed ad scholas veniant & se-
rulæ se subdant hæreticorum, apostatarum, fidefragorum
monachorum? Cum certissimus, & verissimus quoque sit
catholicorum ex omni natione consensus, vestram do-
ctrinam plane pugnare cum veteris ecclesiæ & Christi do-
ctrina.

Promissio
Buceri.

Pollicetur repugnationem doctrinæ & disciplinæ Chri-
sti: Id quod omnes promiserunt hæretici, & nunquā præ-
stiterunt, sed manibus & pedibus laborarunt destruere
Christi doctrinæ & Christum ipsum, cū nihil aliud maiori
cura